

cellentiorum careris. &c. Dixi tertio, quod frequens Eucharistia cum debita devotione usus hominis animum ad assequendos virtutum apices, & ad caelestia desideria evehat. Hunc in finem commendamus, quod S. Lucas c. 1. commemorat: In tenera Dei Genitrix ac Virgo Maria, ubi in domo Nazarethana orationi, & rerum Divinarum contemplationi vacabat, subito Gabrielem caelestem Paranympum coram se stantem conspexit, qui illi nomine sanctissimae Trinitatis altissimam Divinae Maternitatis dignitatem obtulit. Timuit initio Virgo suae integritati, sed arcana Numinis consilia ordinemque edocula consensit, eoque ipso consensu incarnatam Divini Patris sobolem sub virginali pectore concepit. Hoc ut primum factum est, ait sacer textus, statim exurgens Maria abiit in montana cum festinatione. Admiror hanc festinationem, & quare, quod causa compulit sanctissimam Virginem, ut relicta domesticorum parietum solitudine, quam haec adeo amaverat, ad alta montium confugeret? S. Ambrosius l. 2. in Luc. non pariter me admirationem meam prosequit, sed cito interrogandus respondet: *Quo enim iam Divo plene nisi ad superiora cum festinatione concederet? En mihi Christiane, postquam eundem Dei Filium sub speciebus panis velatum pectore recepisti, jam ascendere ad sublimiorem perfectionem debes: ascendere in amore Dei, ascendere in charitate proximi, ascendere in vivafide, ascendere in firma spe, ascendere in rerum caelestium desiderio, alisque virtutibus. &c. Dixi denique quarto, quod sacrosancta Eucharistia per dilectionis vinculum intime cum Christo conjungat. Magdalenam intueamur. Venerat illa summo mane ad Domini sepulchrum aromatibus Divinum cadaver unctura: verum Christus jam tum a mortuis resurrexerat, atque ut amantem suam non omni desitueret solatio, in ignota hortulani specie illi apparuit. Magdalenam ubi Dominum ex voce agnovit, confestim ad ejus pedes se projecit. Verum ecce! Christus contra protestari ac praecipere: *Non me tangere; nondum enim ascendi ad Patrem meum, (Joan. 20.)* Hac locutio est admodum mysteriosa, si enim per illud tangere ad mentem sacrorum Interpretum (Cardin. Hug. in Luc. 7.) intelligitur pedes oculari, amplexari, & cum amato intime conjungi, cur illud Christus prohibet? Imo vero cur rationem adjungit: *Nondum ascendi ad Patrem?* an per hac verba promissionem facit Magdalenae, prout tacite facere videtur, quod factum tunc, postquam in calum ascendit, veli permittere se ab ea tangi, atque oculis & amplexibus stringi! Itaque, hoc promittit Christus Magdalenae, & quod promittit, opere ipse evolvit. Ubi? quando? quomodo? quibus in circumstantiis? nimirum in sacra Communione, ibi Magdalenam Dilectum, quem antea visibilibus lotione & terfione pedum coluit, sed panis speciebus invisibilem tam amovissis affectibus amplexata erat, ut illius amore profusus in egenos opibus in Massilien sem. er. mun concesserit, ibi*

que ab omni hominum consortio aliena per triginta integros annos non nisi caelestium rerum contemplatione, atque Divinae dilectionis exercitio sese occupavit, quo tempore dubium omnino non est, quod S. Angeli illi sacrosanctam Communionem sepius de Caelo attulerit. En mihi Christiane, quam nobiles effectus in anima ponente, & ad vitae emendationem serio aspi-rante Eucharistia operetur. Esto quod peccatum semel commissum inimicos habitus, pravaeque inclinationes relinquat, Eucharistia illas opprimat ac compescat. Esto, quod natura carnis iteratis lapsibus debilitata fragilis & infirma sit, Eucharistia illam invicta fortitudine roborat, & in bono firmat. Esto quod primavus fervor facile tepescere solet, Eucharistia ad quotidianam nos in virtute profectum animum extimulat. Esto denique quod pristina peccata aliqualem diffidentiam, ac pusillanimitatem causent, Eucharistia cor hominis in amore magis, & magisque accendit, & cum Christo felici charitatis vinculo conjungit. O beatum, qui sanctum hoc in virtute proficiendi adjumentum sibi commenda-tum habet.

8. Epilogus. Ingemiscis forsitan, mi Christiane, & scire desideras, cur ergo in facris tuis Communionibus pretiosos ejusmodi effectus non experiaris? Causam hujus rei jam semel ut meministi, tibi insinuavi: Eucharistia, ut omnis sanctitatis fons & origo sit, tamen non operatur nisi secundum proportionem nostrae dispositionis, non sere in modum, quo ignis, licet per ceteris elementis operativus sit, tamen in arido & in viridi ligno non aequales effectus producit. Aperiamus pro coronide sathuc semel Scripturam (1. Reg. 17.) Tempore famis venit Propheta Elias in urbem Serepta, & ibique forte incidens in pauperem viduum rogavit illum, ut sibi parum aliquid manducandum subministraret. Cui illa: *Vivit Dominus Deus tuus, qui non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinae in hydris: En collige duo ligna, ut ingeratur, & faciam illam tibi & filio meo ut comedamus, & vivamus.* Non volo sentiri litterali hujus loci inhaerere, sed mysticum indago, quem mihi suggerit S. Augustinus. Ait per duo ligna intelligi crucem Christi, quae ex duobus lignis erecto uno, & transverso altero erit fabricata: per pugillum autem farinae, & coctum exinde panem intelligi sacrosanctam Eucharistiam. Sit ita, sanctissime Ecclesiae doctor! verum superet, ut ex te quaeram, cur ergo pauperula mulier mortis mentionem subnectat? Nonne per crucem Domini extincta nostra peccata, & mors superata sunt? imo nonne Eucharistia est panis vitae, quae animam supernaturali gratia vivificat? Omnino! cur ergo mulier dicit: *Comedamus & vivamus?* Nempe reponit Praul Hippocentis, (S. Aug. serm. 101. de Temp.) hoc intelligendum esse de morte spirituali; Verba illius sunt: *Quicumque corpus Christi digne manducare voluerit, necesse est mortuum peccatoris, & vivum fieri.* Advertis modo, mi Christiane, cur

tuae confessiones, & communionem modicum, aut nullum virtutis fructum post se trahant? Nimirum, quia post gustatum toties Angelicum fructum, non vis emori praeferitis. Emori debes praeferitis vis locis, emori debes pristinis occasibus, emori debes tumens passionibus, verbo, ad ea omnia, qua minus amat & asumat, instar mortui cadaveris te habere, & solum ad ea, quae Dei sunt, vivere ac operari debes: Non enim qualemque communio, sed sedula, ardens, ac devota est adjumentum Christianae justitiae & virtutis! &c.

Dominica III. post Epiphaniam.  
CONCEPTUS LXXI.  
De seipso adjumento proficiendi in justitia Christiana, oratione & tribulatione.

Leprosus veniens adorabat eum - accessit ad eum centurio rogans eum. Matth. 8.

Oratio tribulatorum multum proficit apud Deum.

1. **D**UOS in hodierno Evangelio aspiciamus homines, leprosum, & centurionem, quorum ille pro seipso, alter pro gravitate famulo Salvatori supplicat factus est. Et ecce tam efficax & Deo beneplacens erat utriusque oratio: ut primus *confestim* a lepra mundatus, & alterius puer *illa hora* fuerit sanatus. Siquis jam quarat, cur illorum oratio tantam habuerit efficaciam? expedite respondeo, quia fuit oratio tribulatorum. Cum Patriarcha Abraham peregrinus in religione Geraris iter faceret, Rex Abimelech, qui ibi regnabat, gradem illi intulit afflictionem; quia Saram pulcherrimam; amatissimamque uxorem illi arripuit. (Gen. 20.) Eheu! qui non condoleat misero Abraham? jam tristis, desolatus, ac derelictus in regione ignota inter gentes barbaras, & infideles circumerat: quid probrorum, & infortuniorum conjugii in aula regis irrogetur nescit, & ipse mortem in momenta singula pertimescit. Verum cum Abraham non posset, Deus ultus est injuriam; raptorem intolerabilem, ac insanabilem morbo perculsum ad mortis confinia adduxit. Abimelech agnitio erroris moe precabatur a Deo veniam, restituit Abraham illibatam uxorem, addidit utriusque insignia munera, illique liberam facultatem dedit in regno suo peregrinandi ac commorandi, ubi & quomodo velint. Quid poterit illa facere, ut Deum placaret? Et tamen plaga non cessavit. Ergo Patriarcha Abraham proci-dit in genua, ad Deum supplices manus tendit, precaturque pro regis sanitate. Ecce! mox ille a pertinaci morbo liberatus, & viderunt reddidit esse: *Orante autem Abraham factus est dux Abimelech.* Mira res! cur, quod tam multa Regis egregia facta non impetrarunt, unius Abraham oratio facile acquievit? Nimirum quia erat oratio hominis afflicti, quam Deus per ceteris misericorditer exaudire solet. En rationem cur leprosus, & centurio tam cito impetrarint, quod rogabant, oratio per tribulationem quasi astra

fit, ut citius nubes penetrat, & ad Deum per-tingat. Porro quid leprosus & centurio deinceps egerint, quod devenerint, quomodo vixit tempore servarint, non exprimit quidem Evangelista, sed ego indubitanter persuasus sum, quod relicta Synagoga aut gentilissimo in Christum crediderint, eumque inter Christianorum primitias constanter secuti fuerint.

Hinc quisquis in virtute crescere desiderat, studeat orationi.

2. **Proposito.** Quapropter, ut in materia haecenus tradita perquam declarabo hodie, quomodo, & qua ratione oratio & tribulatio fieri potens adjumentum proficiendi in virtute seu justitia Christiana. Nota I. Oratio, & tribulatio sunt materia, & duae partes hodierni sermonis. Attendite! Pavete!

§. I.

3. **Confirmatio.** Quemadmodum terra fertilis-simam fructum ex seipsa non habet, sed eam a celi rore, a nubium pluvius, & siderum influxu expectat: ita homo, quidquid agit, quidquid agit, quidquid loquitur, quidquid cogitat, a Deo desuper emendicatur per orationem debet. (Speranza, script. sel. pan. 59.) Rex orat, ut regni ac populorum felicitatem, temporumque tranquillitatem impetret. Miles orat, ut armis contra hostium vim praevaleret. Sacerdos orat, ut conceditis sibi animas in viam salutis rite dirigat. Superior orat, ut legibus, consilio, & exemplo subditis praeceat. Uxoratus orat, ut concordiam domesticam, & negotiationum prosperitatem habeat. Juvenis orat, ut in praeva consortia & pessimas peccati occasiones non incidat. Opifex orat, ut prospero laborum successu felix, suamque familiam honeste sustentet. Agricola orat, ut facta semina ad segetem & messem feliciter perducant. Nullus est status, nulla hominum conditio, quae in actionibus suis Dei adjutorio non indigeat: *Vacillat hominum studium,* ait S. Augustinus, in Flor. Doct. V. Adjutor n. 20. Et ap. Barz. serm. 62. n. 27. ubi non requiritur Dei auxilium. Archangelus Raphael duxit juvenem Tobiam in urbem Rages, cumque ad vespem primae diei itinerans Tobias in flamine, cui nomen Tygris erat, lavaret pedes, ecce! immanis piscis ex aqua eripit, qui apertis faucibus juvenem devorare vellet videbatur. Cohorruit Tobias, sed animatus ab Angelo apprehendit brachium piscis, eumque in litus extractum exteneravit, atque cor ejus & iel & jecur sibi relexeravit, cor nimirum & jecur prout ab Angelo elocutus est, imposita igni excutatur, etiam sanum, quo impurus ille spiritus Amodeus fugaretur, ne Tobiam libidino se tenaret. Pel amem excutari Patris oculus erat illuminaturum. Confesso ergo itinere, ubi redierunt domum, dixit Raphael ad Tobias c. 11. *Adora Dominum Deum tuum, & gratias agas ei accede ad Patrem tuum, & osculare eum, statimque illi super pedibus ejus ex felle isto piscis, quod paravi tecum.* Ecce! prius habet Angelus orare, quam medi-



medicinam applicare, ut nimirum oratio medicinam reddat efficacem & salutare. Quid aliud hic edocuerit, nisi quod ante omnes actiones Deum adorare, ejusque auxilium invocare debeamus? orare debemus, cum mane surgimus, orare cum domo eximus, orare cum redimus, orare cum ad laborum accedimus, orare cum comedimus & bibimus, orare cum mercamur, & negotiamur, orare cum cubitum concedimus, si actiones & negotia nostra non carebant felici successu, & mens nostra semper te erga Deum elevare addiceret. O mi Christiane quam brevi in Sanctum evaderes, si hanc orandi exercitacionem tibi commendantem haberes.

4. Verum ut nihil eorum subiceam, quae huc faciunt, sciendum est, tam nobiles, de quibus loquor, effectus, solum oratione devota, non autem delectuosa impetrari; hinc ut maxime pugnamus esse contra animi evagationes, quae orationes praestantium destruant, ejusque efficaciam enervent. Solo quidem nihil esse facilitius, proniusque quam orantis animum dissipari, ita ut vel S. Hieronymus Dialog. advers. Luciferianos, c. 6. conqueratur: *Ego cribrorime in oratione tua, aut per porticum deambulo, aut de sanctorum comperto, aut obducis impis cogitatione tua, qua diu erubescenda sunt, gero.* Verum hac ipsa pugna & victoria maxime apud Deum est meriti. Divinus Sponsus quodam inter alia Sponsae elogia illud asserit, quod cor suum in uno crine collisui vulneraverit. (*Gen. 22.*) Quid vult dicere? quid intelligit per hanc unum crinem collisui? Variis hinc locum explicans singularis tamen est expositio Gilberti in Cant. 4. docentis, quod sponsa comparatur coram Sponso, capillus, qui in laciem distillabant, in unum fascem colligaverit, & quasi unum crinem rursus in collam tenuerit, ut tanto melius sponfam videre, & ab eo videri posset. Crines sunt nostrae cogitationes, quas oratori in unum colligimus, & post tergum mittimus, sic contra evagationes animi pugnantibus devote & attente oremus. O quam praeclarum hujus re exemplum tenet ille Anachoretas Machetes nobis reliquit, de quo Galvanus l. 5. insit. c. 32. enarrat, quod tanta fuerit pietas, ut si sacra colloquia per totam diem ac noctem protraherentur, a somno nunquam expugnatus fuerit, quamprimum autem sermones vani immiscebantur, protinus in somnum concesserit. Ad hunc ergo Machetem quondam ingens Epistolarum fasciculus a parentibus & cognatis, quos per quindecim annos nunquam viderat, nec quidquam de illis audierat, missus est. Quid egit? secum deliberans aiebat: Quamquam cogitationum tumultum hac nihil lectio concitabit, cum intellexero, quid fratres, quid foreores, quid cognati, quid noti faciant, quod diurnam orationem hac negarum memoria interturbabit? quanto tempore hanc digerere non potero? securus habent in animum omnia, quae pridem deserui, & forsitan incesset desiderium eos revivendi, & alloquendi? Hae secum volutans, & haud diu amplius haesitans arripit litterarum fasciculum, & in ignem proficit, ite, in-

quiens, cogitationes patriae, hic ardet! mea plus interest attente orare, quam tot vanis satisfactionibus attendere. O igitur Michetis ubi es? in quo fornace ardes, ut Christiani, antequam in templum oratori ascendam, vras illas cogitationes tibi comburendas tradere possint? Felix quisquis distractiones in oratione ita praevenerit, easque extirpare novit! Hac quasi incedente, jam in ordinem redimus.

5. Sicut ergo oratio ad virtutis profectum utilis & efficax est, ita etiam ex recite, si aliorum quoque orationes per modum suffragii imploremus, atque hac est saluberrima praxis, qua homines sancti mutuis se invicem precibus commendare solebant. Formosissimam Rachel matrem juncta erat Patriarcha Jacobo, sed insecunda: cum ergo vidit Liam fororem suam, quatuor proles ex eodem Jacobo suscepisse, impatientissime haere & quasi ejulando ad maritum dicere cepit: *Da mihi liberos, aliquam maritiam.* (*Gen. 30.*) Quid agit Rachel? infant? ita alicui fere suspicantur; (*Abulen. hic.*) nimirum parum prudens & composita est illius petitio: rogat maritum liberos, in cujus potestate non est; quia fecunditate steriles soli Omnipotentis convenit. Doctissimus Alphonus Toletus causam Rachelis suscipit, etiam ab omni inordinato excessu excusat, inquit: Non petisse illam a Jacobo liberos, sed voluisse, ut Jacobus precibus & intercessionibus tibi liberis Deo impetraret. Sciebat prudens femina, quantum preces Sanctorum apud Deum valerent, ideo pro indubitato habebat, quod, si Jacob Deum deprecaretur, illud deprecari idem sit, ac si liberos daret. Labor recentius audire hujus rei exemplum? In mentem mihi venit Melliflorus Bernardus (*In vita S. Bern. 20. Act.*) Sanctus Vir quondam cum Gaufrido de Perona, facto postea Abbate Clarevalle, quem e saculo ad vitam religiosam traxit, iter inivit. In via contigit Gaufridum gravissima tentatione pulsari, recurrabant animo facultates, amici, voluptates, & mundi gaudia, quae deserat, ita, ut luculenta grandis mollitiae signa ederet. Advertit hoc Bernardi socius, & sancto Patri retulit. Ille omnia dissimulans, cum ad templum viae proximum pervenisset, ingressus fuerit oraturus, loci fortis expectabant. Inter hos Gaufridus tunc plenus in saxo recondens obdormivit. Ubi Bernardus orationem, Gaufridus finivit somnum, sed longe alius, tanto enim nunc erat ceteris hilarior, quanto antea tritior. Mirati loci subitam mutationem quarunt, unde hac laetitia? & ille: nunquam in aeternum me amplius tristitia incesset. In quanta fit orationis pro immutatione vitae efficacia! cui ad illud: cum hic ipse Gaufridus sollicitus esset pro parente vivo divite, adit Bernardum rogans, ut genitori emendationem vitam impetraret: cui Bernardus: *Ne metuas! ego illum prosum Monachum in hac Clara valle meis manibus sepeliam!* quod & revera evenit. O quisquis visis & peccato emergere, & de virtute in virtutum pro-

gredi, ora, & aliorum etiam orationes pro te invoca. Proderit! probatum est!

### §. III. Et patiens perferat tribulationes.

6. O bone Deus! exclamat hic forte nonnullus, si tam efficax, & Deo grata est oratio; unde ergo est, quod diuturnis jamjam precibus caelum fatigem, aliorum etiam intercessionibus adhibeam, & tamen in mea egestate, in morbo, in persecutione illa, alicuique tribulationibus non exaudiar? Mi Christiane, hac tua lamentatione non ad alteram sermonis partem praebes: Nimirum non exaudiet te Deus hac ipsa de causa, ut te faciat orantem & in oratione perseverantem; nihil enim est, quod hominibus tam potenter in plas ad Deum aspirationes, & linguam illius in preces solvat, quam tribulationem: an putas hodieum leprosum, & centurionem iussit ad Christum venturos, si non ille in proprio corpore, iste in famulo fuisset afflictus? Non puto.

7. Vides ergo, quod tribulatio conducat ad tuum profectum spirituale; atque haec est ratio, cor homines iusti in hoc mundo adeo non sine fine erue, ut esse bonum Christianum, & tribulationibus exerceri fere idem sit. Quando Domini praecursor Joannes ad confinia Jordanis praedicebat, venit ad illum incarnatas Dei Filius, & pro admiranda sua humilitate ab eo baptizari voluit. Id dum fiebat, ecce vox Divini Patris de caelo insonuit: *Hic est filius meus dilectus.* (*Matth. 3.*) Quid porro contigit? facer textus pergit & ait: *Tunc dicitur est Jesus in deserto, ut tentaretur a diabolo.* Admiror hic vultum tuum! que enim conexio, Christus baptizatus & pro Filio Dei proclamatus, atque tunc in solitudine abiens inter jejunia a diabolo tentatus est? Nimirum optima est conexio, indicare vult facer textus, quod, quantum homo baptizatus in Christianum inaudivit, & filius Dei vocari incipit, tunc statim tentationibus infestari solet. Suffragatur etiam experientia; videmus enim manifeste, gentiles, haereticos & peccato res longe majori prosperitate in hoc mundo frui, quam homines iustos; narratur, de terribili tempestate, quae longe lateque in campis vastabat fegetes, cumque grandia nubis pervenerat ad agrum magni cuiusdam peccatoris, vox in aere fuit audita: *Ferantur illum!* sicque cum omnes circum circa agrum miserissima strage fuerant prostrati, ille solus illeceus remansit.

An parabola haec vel vera historia sit, ignoro; nihilominus pro certo teneo, quod in regiones aridissimas & in ipsas iustorum caedant, quam in regiones & ades sceleratorum. Que autem causa hujus rei? causa non potest dari alia, quam quia exces, adfertitque profant ad profectum impediunt iustorum.

8. Et ita revera est! tribulatio aperit oculos intellectus ad cognoscendas aeternas veritates:

sicut candela, quae adipis abundantia suffocatur, si incurretur, fabo aut cera diffundente, recipit luminis vigorem; ita cum mens nimia rerum temporalium abundantia obfuscat, Deus prosperitatem dilabi sinit, ut cognitionem restituit. Exemplum habemus in Davide; quiaquid ex voto & placito rerum omnium altitudo poteratur non intellexit illud: *Nos maculaberi!* pulcherrimae Bethabae excruciat flagitium perdendum commisit, verum cum in tribulationibus & angustias incidit, cum e fuomet palatio & urbe profugus abire debuit, cum mortem & infidias rebellis filii eximie coebat, cum fugiens a Semelitris, despectus, & exhibitus fuit; tunc oculos ad Deum convertere, & causam mali sui peccata agnoscens fateri cepit: *Donum mihi, quia dimittisti me, ne discam infirmitates tuas.* (*Ps. 118.*) Deia tribulatio etiam roborat voluntatem, eamque contra pravos occasionis, & inimici tentationes fortem ac generosam reddit. Spartani olim infantes natos in frigidissimo flumine lavare; & vilibus esse enutrire solebant, ut sic corpora eorum ad militiam, & ad dura quavis ferenda corroborarent; ita Deus suos quosvis tribulationum immergit, ut contra mundum, carnem, ac demonem robustos ac invincibiles efficiat. Denique tribulatio ad virtutum exercitia, & ad Christianam perfectionem excitat, & perducit, cum fere in modum, quo pila, quanto violentius percutitur, tanto altius versus caelum ascendit. Exemplo fit patientissimus Job c. 1. cum infernalis inimicus Deo permittente nodum illi evertit, filius ruina obrivit, pecudum greges abegit, emquequeque pessimo percussum in miseriam abyssum demerit, tunc, ait facer textus, *summis Job* & quorsum surrexit? responderet S. Chrysolomus, Hom. 3. in Job 1. Tom. 4. non foret solum corpus, sed animo: *Non decidit plaga, sed servavit pietatis virtute;* sicque dum amittit bona temporalia, incitatur ad quaerenda aeterna. Paucis tribulatio est schola virtutis, & pignus gloriae coelestis! O quam profunde hanc veritatem cordi habebant omnes Sancti & Sanctae Dei, qui superno lumine illustrati nihil impendens Deum rogabant, quam in hoc mundo affligi. Praemille aliis intueamur S. Bonificium. (*In vita S. Bonif. 19. Jun.*) Monachum Gamaldulensem, sancti Romualdi discipulum, qui Ottoni III. Imperatori tam charus erit, ut ab eo non alio nomine, quam *animus sua* compellatur. Hic sanctus Vir aliquando ingressus in templum sancto Bonifacio Martyri cognominis suo dicatum, imitationis illius desiderio accensus in haec verba prorupit: Et Ego Bonificus vocor, an liceat ergo etiam mihi martyrium subire! Quod petiit, impetravit: indicibile est, quantos labores, arduas, ac persecutiones Vir Dei perularit; quippe a Romano Pontifice in Russiam ad praedicandum Evangelium missus, ubi verba Dei ac miracula, eo praesertim, quo illius ingenem pertransiit, innumerablem populum ad fidem perduxit, cumque una cum Rege sacro Baptismi



Baptismi latice abluit, a fratre Regis occisus occubuit.

9. *Epistola.* Pro coronide in mentem mihi venit S. Gentium Apostolorum, cujus conversionis diem hac septimana celebramus. Postquam in via, qua Christianos persecutus Damascum properabat, (Act. 9.) ex equo dejectus Divina voluntate se subiecit, tribus diebus neque manducans, neque bibens orationi vacabat. Eo tempore erat Damasci quidam Discipulus nomine Ananias, ad quem Dominus Deus in visidixit, praecepitque, ut vaderet in vicium, qui vocatur, reclus, ibique quaerere Saulum nomine Tarsemsem, addens: *Ecce enim orat!* Nota mi Christiane, Deus solet animas quaerere, quando orant, sed quo medio Deus Saulum, vas electionis, & gloriosum totius mundi Apostolum effecit? medio tribulationis; quippe statim subiecit: *Ego ostendam illi, quanta operetur cum pro nomine meo pati.* Ecce quomodo praeter orationem Christianam conducit ad perfectionem Christianam. Tu igitur utramque hoc medium singulariter tibi commendandum habe, per sedulam, attentam, & devotam orandi industriam, & imploratis etiam altarum precum suffragiis, emendica a Deo illas gratias, quae ad vitam pie ac Christiane agendam sunt necessariae: Dein siquis tibi Deus adveniat, & arumque submittit, illas tanquam singulare in virtute, & justitia Christiana proficiens administrandum non solum cum patientia, sed & cum gaudio amplectere, semper memor Divini oraculi, cum quo sermonem concludo: *Quantum per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* (Act. 14.) Amen.

Dominica IV. post Epiphaniam. CONCEPTUS LXXII.

De obligatione hominis Christiani & methodo seriose convertendi ad Deum.

Accesserunt ad eum Discipuli ejus. *Matth. 8.*

Homo Christianus pro serio conversionem debet accedere ad Jesum.

1. *Si* allegorice lubet hodiernum Evangelium considerare, certe in eodem periculo, quo corpore tenus Apostoli, versatur anima tenus peccator. Quid est mundus? est turbulenta & infidum mare: Quid est corpus mortale? est fragile navicula: Quid sunt tentationes a malo demone inimicis? sunt venti & procellae: Quid sunt male occasionee? sunt scopuli, scythes & hircines: Quid sunt pravii socii? sunt piratae & latrones: Quid sunt rebelles concupiscentia motus? sunt marina monstra, & cete grandia, quae animae insidiantur; haec omnia conjunctis viribus contra peccatorem insurgunt, cumque in naufragium, id est, in aeternam perniciem demergere fatigant. O mi Christiane, ne tu igitur causam habes ponderosissimam cum Disci-

pulis accendendi ad Jesum, & inter tot pericula clamandi: *Dominus salvus nos sperimus.* (Matth. 8.) Sed quomodo fieri debet hic accessus ad Jesum? Respondeo, fieri debet per veram, sinceramque conversionem ad Deum, sine qua nullam securitatem, nullam perturbationum tranquillitatem, nullam animi serenitatem unquam invenies. Ostende mihi hominem, qui sit tam potens, quam Alexander Magnus, qui sit tam dives, quam Croesus, qui sit tam pulcher, quam Absalon, qui sit tam fortis, quam David, verbo, qui omniibus cordis desideris, mun- dique delictis perfecte fruitur; si peccator sit, & consequenter Deum, ejusque gratiam non habeat, infelicissimus est: status peccatoris non immerito comparatur mari; in quo intus vera flumina, quae per nostram viciniam decurrunt, ac Danubium, Lycum, Schmuterum & alia: nonne dulces aquas vehunt? utique dulces! quam primum autem mari illabuntur, & aquae eorum transeunt in amaras. Eundem in modum, ait Hugo a S. Victor, ap. Mich. a Calvo conc. 13. §. 3. n. 2. omnes hujus mundi deliciae, si in animam peccatricem incidant, supra seel & ablynthium corrumpuntur, & amarificantur. *Non est pax impiis, ait Isaias, & haec ipsa pax, id est, gaudium, solatium, & animi tranquillitas plane per aliud remedium recuperari non potest nisi per seriam totius vitae emendationem.*

Seria autem conversio in eo consistit, ut bene incipias.

2. *Propositio.* Hac quo loquor indubitata sunt verum totius rei cardo versatur in eo, ut bene cognoscamus, qua ratione haec totius vitae emendatio constituta esse debeat. Et ecce! ut explicem, exigit materia, quam adhuc tractamus de Justitia Christiana! Nimirum, mi Christiane, ut vitam serio emendes, & Deo servies, bene considera, quomodo conversionis initio, quomodo in progressu, & quomodo in fine huiusmodi debeat: Bene incipe, strenue progredere, constanter persevera. En materiam & divinationem hodierni sermonis! Attendite. Favete

§. 1.

3. *Confirmatio.* Mi Christiane, vis Deo servire pro seriam vitae emendationem? Nota quomodo initio conversionis te habere debeas; nimirum accedere debes ad Jesum, bene incipiendo. Postquam per generalem reformationem vitae ejuar, & virtutum sectari decorevisti, dicas cum Davide: *Dixi nunc espi, hoc mutatio dexterae excelsi, (Psalm. 76.)* jam attende tibi; quippe statim occurrent tibi majores difficultates & obstacula, quam credidisses. Olim Dominus Deus praecepit Regi Saul, ut inivium Amalecitarum populum intentione deleret, & nec Regi, nec optimatibus, nec senibus, nec juvenibus, nec teneris prolibus, nec puerulis parceret: (1. Reg. 5.) *Vade, percutite Amalech, & demolite universa ejus; non parces ei, sed interfice a viro*

a viro usque ad mulierem, & parvulum aequo lactentem. Grandis ira Dei! quae quod delicto infelix populus tantum promerit supplicium? Sacri Interpres nam cum Cornelio a Lapide (hic) universum docent, delictum Amalecitarum illud fuisse, quod Israelitis ex Aegypto exeuntibus, & post transitum maris rubri in terram sanctam itinerantibus armata manu in via resisterit, fuitque hoc facinus tanto flagitio, quia illi, propaginem trahentes ex Eliau, Israelitis prognatis ex Jacob, geminis fratribus, proxima consanguinitate erant conjuncti. En mi Christiane, si ex scelerata victorum Aegypto in sanctam virtutum patriam peregrinari desideras, obtabunt tibi multae difficultates, odia, fastidia, persecutiones, mali socii, & inter hos ipsi etiam amici, fratres, sores, & parentes: verum tu vade, percutite Amalech, & demolite universa ejus, volo dicere, prostratis quibusque obstaculis a proposito non generositate nec latum unguem recede. Vae tibi, si aliquibus peccatis, aut pravis consuetudinibus parcas; perdes enim coronam gloriae, sicuti Rex Saul perdidit coronam Regni, quia Regi Amalecitarum Agag, alissque pereperit.

4. Inter alias incipientium difficultates & illa est, quod ignoret, quid primo, quid ultimo agere, quod vitium praeteris expugnare, & quam virtutem praeteris sectari debeant. Ad hoc dubium non habeo, quod convenientius respondeam, quam illud Justiniani Imperatoris consilium, quo Professoribus Jurisprudendae modum tradit prudenter intruendum discipulis, ne illi primo statim limite rerum multitudine deterrantur. (Justin. in princ. in R. tit. de Jur. & Jus.) *Si statim initio, ait, vadem adde, & ingratum animus studij multitudine ac varietate verum occurrerit; duorum alterum, aut desortor eum efficiet, aut cum magno labore, & dispendio serius ad id producat.* Quod Imperator Jurisprudendae candidatis tradit, id ipsum proportionaliter dico isti, qui cupiunt esse Christi discipuli: si infirmi neo-conversorum humeri statim initio nimis onerentur, virtus illis fiet odiosa, & profectus difficilis, aut omnino impossibilis. Quid ergo agendum? incipiendum est a rebus facilibus, arebus minimis, & magis necessariis. O quam praeclearum hujus rei documentum nobis reliquit sanctissimus Christi Domini Praecursor Joannes, (Luc. 3.) vivebat in solitudine circa Jordanem, ibique praedicans adventum summi Regis circumjacentes populos, qui ex oppidis & vicis magno in numero ad eum audientiam accurrebant, ad penitentiam hortabatur: inter hos etiam ipsi publicani; homines in avaritia, alique peccatis obstinati adventabant; rogantes (satis consequenter) de consilium: *Magister quid faciam?* & ecce quale remedium illis, ne in peccatis morientes aeternum perant, praecipit: *Nihil amplius, quam quod vobis constitutum est, faciatis.* O caelestis Medice, quid loqueris? scis istos hominones esse vestigialium defraudatores, esse tributorum exactores, esse pauperum sanguilugas, qui pluri-

mas haecenus, & caesque damnabiles injustitias exercuerunt? scit utique, cur ergo non praecipit illis, ut inique parta restituerent, ut damna compensarent, ut sua in pauperes profunderent? Cardinalis Hugo in Luc. (hic) fecit format repositionem, & laudat prudenciam, ac discretionem Joannis, inquit: *Publicanus nondum horretur ad sua cum proximo communicanda, sed prius debetur de injuria proximo irroganda.* Quare autem hoc? cur non statim liberalitatem in egenos illis suadet ac proponit? ideo, ne primo statim congressu illos perterrefaceret: affert in iustitia levia & facilia, sciens, quod si facere inciperent, quod facere levi negotio poterant, postea proficientes facilius essent, quod operosius est. Ecce! quomodo a minimis incipientium, & pedetentim ad majora procedendum fit. Jam alterius!

§. II. Ut strenue pergas.

5. *Vis,* mi Christiane, Deo fervere perferiam vitae emendationem. Nota, quomodo in progressu conversionis te habere debeas, nimirum postquam bene inccepisti, perge strenue progrediendo. Percepe, quomodo, & qua ratione? Dominus Deus tui mundo exemplum heroicae obedientiae exhibiturus praecipit Patriarchae Abraham, ut filium suum anigenitum Isaac tolleret, emque in terra visionis super anum montium in holocaustum offerret. Praeceptum erat valde arduum; nihilominus contestim paruit Abraham, (Gen. 22.) de nocte conarsens, stravit animum, ad montem Moria proficiscitur, aram fruit, ignem accendit, gladium evaginat, ichameque vibrat filio compatuatur. Tuque Deus, qui fides nonnumquam ad extrema adigi permittit, sese interposuit, praecipiteque Abraham, ut manum non extenderet supra puerum, nec quidquam illi faceret. Quod ad rem nostram observatu dignum hic facit, illud est, quod Dominus Deus, quando Abraham sacrificacionem filii praecipit, simpliciter & ordinaria voce ad eum locutus fit, dicente sacro textu: *Dixit ad eum: Tolle filium tuum!* Ecce. Cum autem iussit Deus, ut a sacrificio incepto desisteret, non contentus simpliciter loquela *De celo clamavit: Non extendas manum tuam!* Quae quid hic lateret mysteriorum? cur prima vice loquitur Deus, & altera vice clamat? qua de causa ibi sufficit vox, ut immolaret, & nunc requiritur clamor, ut non immolaret? Nimirum Abraham in incepta obedientia adeo jam sevebat, ut remissio tanti facinoris viro fidelis communibus verbis diffusaret non amplius poterit, sed clamore opo fuerit: Itaque hunc locum meditare S. Augustinus scripsit, inquit: *Quid iussit, ut servire, non offerretur, ne parceret; scribit enim probatum Patrem, & in devotionem ferventem.* Advertis, mi Christiane, quid tibi dictum velim? Praecipit tibi Deus, ut nihil tuum, id est propriam voluntatem gladio mortificationis immolares: obsecus es; Deo sint laudes, praecipiens voci, consecrati cor tunc in altare Domino Deo, in eo ignem Divini amoris accendisti, & peccata omnia per peni-



rentiam enecat: jam tantum debet esse fervor tuus, tantum adversus teipsum odium, tantum peccata vindicandi labor, ut opus haberes a continuis honorum operum exercitatione, & voluntatis penalitibus per clamorem Patrum spiritualium cohiberi, prout in vitis Sanctorum vero penitentium plerumque legitur. Vis aliam animadversionem supra hunc locum? Abraham in sacrificando filio occupatus nullo alterius, quam solius Dei, clamore a sacro opere se avogari passus fuisse: ponamus Saram Matrem Isaaci, Loth ejus patrum, totamque Abrahami familiam intervenisse, ille tamen non peperisset filio: ita & tu, etiam amici te revocet, malevoli irideant, & totus mundus persequatur, non finas te a vitæ proposito, quod pro Deo suscepisti, retardari. Ita præclare fecit B. Casarius Spenis (VI. adin. in Annal. an. 1239. p. 6.) ex Magno Doctore Theologo humilis S. Francisci Discipulus, qui in Seraphicum Ordinem admissus dixit sancto Patri: unam a se postulo gratiam, ut si diebus meis fratres a pure regula tua observantia declinaverint, a prout delectatior prædixisti, postum cum tua licentia & benedictione, cum aliis sinceris professoribus regulæ a transgressoribus recedere, & separatim regulam observare. Cui benedicens S. Franciscus ajebat: Fili mi, scias a Christo, & a me tibi esse concessam, quod postulas! Cum ergo postea Elias factus Generalis ab humilitatis ac paupertatis via recessit, & contrariam primæ vitæ rationem introduxit, opposuit se B. Casarius cum quibusdam aliis regularis observantia defensor intrepidus, donec in carcerem conjectus, & a custode carceris percussione capuli occisus sit. Gregorius IV. Pontifex vidit animam gloriosi Martyris numerolo Angelorum somitu in calum efferri.

6. Jam intelligo, cur Regius Psalmista David hominem iustum, ac perfectionis Christianæ Rudimentum palmæ comparet: *Iustus ut palma florebit, (Ps. 129.)* Quæ enim potest, cur illam non porius olea, aut pinu conferat? Olea reciso trunculo, in plurimos furculos progeminat, contra vim plane fatalem antipathiam habet, terris maxime montosis, ac faxeis gaudet, quibus a liquæ qualitatibus diversarum virtutum, uti patientiæ, sobrietatis, mortificationis, aliarumque symbolum esse potest. (Picinell. Mund. Symb. l. 9. n. 307. & seq.) Pinus etiam cum singulis mensuris maturos fructus paraturat, & a radiis solaribus tacta nubes suis copiose in terram sparSAT, liberalitatem ac misericordiam erga egenos præstatur. (Ibid. 37.) Cur ergo Propheta hominem iustum non alia, quam palmæ similitudine depingit? consulamus S. Ambrosium! dicit sanctus Ecclesiæ Doctor hanc esse causam, l. 3. Hex. c. 17. quia olea & pinus folia suis se commutat: palma autem vitæ semper manet conservatio, & durissimæ soliorum: Quibus verbis hanc deinde doctrinam subjungit, quod homo iustus non, sicut cæteræ arbores, virtutum folia ac fructus mutare, sed primordiale suæ conversionis viridi-

tatem semper conservare debeat. Atque hæc eadem doctrina est B. Agathonis Abbatis, qui Discipulo cuidam interroganti, quomodo in vita spirituali se gerere deberet, respondit: *Vitæ qualis fueris primo die, quando existi deseculo, & tunc permanet semper: (in Vit. l. 7. Nov.)* consuetudo ad mentem Apostoli, (1. Tim. 1.) ut primum verbum Episcopum Epiphaniam admonuit, ut primum verbum susciperet gratiam, quam per impositionem manus suarum accepisset. Non vult dicere, quasi non deberet pluribus virtutibus esse indutus, quam primo die, quo artificio vacat, utique amplius in eo proficit, quam qui recenter incipit: ita qui dia in virtutis exercitio vixit, utique majorem in ea perfectionem debuit fuisse affectus, quam qui heri a peccatis recenter conversus est. Sed vult sanctus Magister asserere, quod verus penitens, & virtutis studiosus eundem fervorem, eandem alacritatem, eandem humilitatem ac devotionem, qua a pedibus confessarii recessit, constanter prosequi, eamque pia meditatione, sacra lectione, & maxime oratione sine fine excitare debeat: prout nunc parte tertia sermonis plurius declaratur.

### §. III. Ut constanter perseveret.

7. Vis mi Christiane, Deo servare per seriam vitæ emendationem? Nota, quod id fieri demique debeat, *constanter perseverando*. Conferamus duas Scripturæ historias! De Moyse legimus, (Exod. 2.) quod eotempore natu sit in Ægypto quod crudeli Pharaonis edicto omnes Hebræorum masculi recens nati in aquis suffocari jubebantur. Cum autem eximia fuerit hujus infantulum palchritudo, parentes ex naturali affectu eum conservare conati sunt. At vero ubi rumor de nato puero plus nimis increbuit, hinc nates sibi & proli mortem conficerent, illum scilicet sicelle piecillite impulerunt, & inter carices in fluminis ripa Divina Providentia commendarunt, *stante proci fore æris, & considerante eorum rei*. Erat tunc Maria foror ejus puella duodecim circiter annorum, quæ, uti tradit Josephus, submissa erat a Matre, ut siquem Ægyptium transeuntem expositi pueri misericordia, uti sperabat, tangi videret, illi nutrium propriam Matrem clam offerret. Ejictebant ergo parentes puerum, sed animo illum recuperandi. Jam alium Scripturæ locum inspicimus! Thamar Davidis filia (2. Reg. 13.) erat palcherrima puella, quam frater ejus Annon ad doli deperit, ut in super habita sanguinis propinquitate illum turpiter violaret. Sed fuit ita dicitur furor brevis, ita & libido in incestuoso tam habito cito desecit; quippe postea *exosum eam habuit odio magno nimis*: vocavit puerum famulum suum, eique precepit, ut Thamar forem et domo eijceret, & osium post eam clauderet. Adverte! Ejicitur Moyses et domo parentum, ejicitur Thamar ex habitaculo fratris, ea tamen differentia, quod illius reditus speretur, illi autem redditus in perpetuum præcludatur. Patrem in modum,

modum, & hac ipsa cum differentia constituti sunt multi penitentes; aliqui desistantur peccata, sed animo iterum illa reiterandi, alii autem animo in perpetuum illa desistendi, & per ultimum suum propositum, non vero per primum fit vera ad Deum conversio. Quid prodest bene incipere, & aliquando in virtute perseverare, sed demum desicere, & ad pristinas peccatorum occasionem reverti? nil certe prodest, nisi ad majorem damnationem. Esti peccata integre confitearis, est contritionem intensissimam elicias, est studio mortificationis cum veteribus anachoretis decertes, non tamen te Deo probabis! nisi ad finem vitæ talis perseveres. Quarto anno omni fructus sanctificationis laudabilis Dominus: (Levit. 19.) ita Deus decrevit in Levitico, quæ verba sic accipio: fructus nostri sunt bona opera, fructus primi anni est cordis contritio, fructus secundus anni est oris confessio, fructus tertius anni est penitentia satisfactio, sed fructus quarti anni est perseverantia, quæ sola laudabilis est coram Domino.

8. In illa serie generationis Christi, quam S. Mathæus describit, Phares numeratur inter videntes Redemptoris, non vero Zaram ejus fratrem, cum tamen uterque a Juda ex Thamar, non p. r. fuerit progenitus. Phares genit. Esos, ait sacer Evangelista (Mat. 1.) & nihil simile de Zaram. Quæ causa hujus rei? causam agnosceamus, si modum fæ historiam partus attendamus. Duo fratres adhuc in utero Matris inclusi (Gen. 1.) lactabantur de dignitate primogenituræ, atque in ipsa effusione infantium unus proberbat manum, quam obstrinxit coccineo vinculo notavit, eumque pro primogenito proclamavit. Verum deceptus est, cum enim ille, quærat Zaram, manum retraxit, egressus est alter, nimirum Phares, qui fratris primogenituræ promissum, & in familiam Christi accenseri promissum. En mi Christiane, si manum mittas ad servitium Dei, eamque denno retrahas: si hodie penitentiam agas, cras pristina peccata reiteres: si hodie calidus es, cras iterum frigidus: si hodie tua scelera detestaris, cras pessimas occasionem iterum frequentes: certe perdes jus primogenituræ seu æternæ gloriæ, & in familiam Christi, id est, inter beatos non recipieris.

